De invito.

17. Iidem AA. & CC. Mardonio.

INvitus [1] procurationem [2] suscipere nemo cogitur [3] : nec eandem ultra, nisi provocationis [4] causa, extendere. Sed nec defensionem absentis subire compellitur : cum fidem susceptam implere sufficiat. PP. Non. Jun. *Philippopoli*, DIOCLET. V. & MAX. AA. CONSS. 293.

De faminis.

18. Iidem AA. & CC. Dionysiæ.

ALienam [5] suscipere defensionem [6], virile [7] est officium, & ultra sexum muliebrem esse constat. Filio itaque tuo, si pupillus est, tutorem pete. S. 14. Kal. Februar. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

Si actor pretium in rem domini verterit.

19. Iidem AA. & CC. Firmo.

SI pretium quidem actoribus alienum fundum [8], vel servum citra [9] mandatum domini tibi distrahentibus dedisti, & neque præcessisse, neque secuta contractum domini declaretur voluntas, in rem [10] autem ejus idem pretium processisse, provinciæ Præses causa cognita perspexerit, hoc tibi restitui jubebit [11]. Prid. Idus Mart. CC. CONSS. 294.

De negotii transitu ad personam procuratoris.

20. Iidem AA. ad Verinum Præsidem Syriæ.

NIhil arbitramur interesse [12], utrum ab initio, an cœpta jam lite negotium ad personam procuratoris transitum fecerit. Dat. 10. Kal. Octobr. *Demesso* [13] CC. CONSS. *

De faminis & de maritis.

21. Imp. CONSTANTINUS A. ad Concilium provinciæ Africæ.

MAritus citra mandatum [14] in rebus uxoris cum [15] solemni satisdatione, & alia observatione intercedendi liberam habeat facultatem : ne fœminæ, persequendæ litis obtentu in contumeliam matronalis pudoris [16] irreverenter irruant, & conventibus virorum, vel judiciis interesse [17] cogantur. † Sin autem mandatum susceperit [18], licet maritus sit [19], id solum [20] exequi debet, quod procuratio emissa præscripserit. Dat. 4. Id. Mart. *Adrumeti*, CONSTANTINO A. & LICINIO CÆSARE utrisque II. CONSS. 312.

De litis translatione.

22. Idem A. ad Bassum P. Urbi.

PRocuratoribus [21] institutis, & post contestatam litem dominis [22] effectis, hi, qui mandaverant, non habeant facultatem negotia persequendi, nisi capitales [23] inimicitiæ, vel morbus [24], vel alia [25] necessaria causa intercesserit : tunc enim etiam invitis his, transferri lis potest. Dat. 13. Kal. Jul. CONSTANTIN. A. & LICINIO Cæs. v. utrisque CONSS. 319.

De jure procuratoris effecti domini litis.

23. Imp. JULIANUS A. Secundo P. P.

NUlla [26] dubitatio est, post [27] causam in judicio agitatam, utpote dominum [28] litis procuratorem effectum, etiam post excessum [29] ejus, qui agendam, vel defendendam litem mandaverat, posse inchoatam causam jurgiumque finire : quippe cum & procuratorem posse [30] eum instituere, veteris juris voluerint conditores. Lect. 2. Non. Febr. JULIANO A. IV. & SALLUSTIO CONSS. 363.

De exceptione procuratoria.

24. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. Pancratio Præfect. Urb.

LIcet [31] in principio [32] quæstionis persona [33] debeat inquiri procuratoris, an ad agendum negotium, mandatum a domino litis habeat : si tamen falsus [34] procurator inveniatur, nec [35] dici *controversia* solent, nec potest esse judicium [36]. Dat. 2. Kal. April. *Constantinop.* ANTONINO & SYAGRIO CONSS. 382.

De his, qui per se litigare non possunt.

25. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Tatiano P. P.

QUicunque Prætorianæ [37] vel Urbaniæ Præfecturæ sublime fastigium, vel Magisterium militare, vel consistoriane Comitivæ [38] insignia meruerit dignitatis, vel Proconsulare jus dixerit, aut Vicarii fuerit administratione suffultus : si quod ab eo vel infertur jurgium [39], vel refertur, procuratoris personam in negotii sui jura substituat. † Quod si quis sanctionis hujus statuta transgressus, judiciis sese jurgaturus ingesserit, careat ejus litis sorte, cujus non per procuratorem expectavit eventum : Judex nihilo minus, qui contra fecerit, noverit a se viginti libras auri, [item] ab Officio quoque suo tantundem ponderis exigendum. Dat. 18. Kal. Octobr. ARCAD. A. II. & RUFINO CONSS. 392.

In AUTHENT. ut ab illustr. coll. 5. tit. 26. al. 18. seu Novell. 71. cap. 1. §. 1.

Hoc jus stabit usque ad illustres solos : cæteri enim commune jus amplectuntur.

De causis pecuniariis.

26. Imppp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Anthemio P. P.

IN [40] pecuniariis controversiis, etsi specialiter hoc præcepti, vel sententiæ minime designat auctoritas, passim unicuique [41] (si [42] tamen ita maluerit) per procuratorem respondendi tribuimus facultatem : nisi forte quosdam, justiores nonnunquam ob causas vehementiores [43], maximi judicis vocabit auctoritas. Dat. Prid. Id. Octob. *

Ne 44 quis in duobus foris procurator sit.

περὶ μετενεγκάντων.

27. Imp. ZENO A.

CONstitutio [45] prohibet duorum judiciorum unum [46] eundemque publicum procuratorem esse : sed alios quidem esse in maximis judiciis gloriosissimorum magistratuum procuratores, alios vero qui eloquentissimis judicibus pedaneis ministrent in litibus : ac neque eum qui litem inchoavit procuratorem apud Diætetam, seu pedaneum, eundem ipsum terminare ipsam litem apud gloriosissimum magistratum, sed nec *metentalma*, id est, translationem mandati fieri ab ipso ad alium procuratorem, qui apud gloriosissimum magistratum adhideat : nulla impensa pro permutatione procuratoris facienda in hoc metentalmate exigenda, sed & judicatum solvi satisdationem, & de ratihabitione cautionem ita ab initio concipi, ut comprehendantur in his & expensæ hujus metentalmatis, ut is a quo exigitur, alterutra harum satisdationum stipuletur, *Quia spondeo me & hunc apud Diætetam procuratorem pro judicatorum solutione aut satisdatione confirmaturum, & si contingat ex relatione diætetæ, aut ex appellatione data contra ipsius sententiam transferri causam ad maximum 49 judicium, cui subest diætetæ : etiam tum ex metentalmate futurum procuratorem in maximo judicio simili modo confirmaturum me spondeo.* Si non hæc omnia observata fuerint, si quidem circa maximum judicium lex hæc transilita fuerit, competenti scrinio quinque auri libras persolvet pœnam. Si vero circa diætetas hæc lex prætermissa fuerit, is, qui litem adimplet, qui apparet eloquentissimo Diætetæ, unius auri libræ exigetur pœnam. Alii vero duo qui ex officio segregati sunt, & attributi diætetæ sive ex scholis, duarum auri librarum exigentur multam : ipse vero procurator, a quo quid peccatum contra hanc legem fuerit, plagis castigetur a magistratu aut Diætæta, interdictus in posterum procuratoris officio fungi in judicio.

De fidejussore. 1. *Si moriatur, aut alias non appareat procurator.*

28. Constitutionis argumentum ex lib. Eustathii,

περὶ χρεοκόπων διατριβάτων.

SI [50] fidejussor procuratoris non definierit tempus, & dixerit forte, *Ego fidejubeo pro ipso*, & si mortuus fuerit, aut amplius non apparerat, idque contigerit intra viginti dies, alius fidejussor dandus erit. §. 1. Si moriatur aut alias non inveniatur is, qui ad litem ab aliquo datus est procurator, post vicesimum diem a judiciali decreto super alterius procuratoris datione interposito, sex mensium accessionem seu terminum habebit principalis reus peregre degens in remota provincia, ad alium procuratorem dandum, vel ad veniendum per se in judicium : si enim in proxima, non autem in longinqua provincia abfuit, tunc judicis arbitrio terminus, five dilatio definietur.

1 L. 8. §. 1. *l.* 34. §. 2. *in fin. ff. h. t.* l. 16. *ff. de reg. jur.* 2 Id est, agendi potestatem : potest tamen interdum cogi defendere, *l.* 5. §. *h. t.* vid. Wormiler. 1. *pract.* §. *obj.* 9. 3 Nisi pauperum causa. vid. Myning. 4. *obs.* 32. 4 *l.* 8. 9. 8. *ff. mandati.* Cogitume dam in judicio appellationis profequi : non tenetur, fi ad unam tantum caufam datus eft. vide Wormler. 1. *pract.* §. *obj.* 9. Potefne appellari ab executione ? non potefi fine fpeciali mandato, etiamfi permiffum fuerit, appellare ab omni fententia, vel interlocutoria, vel definitiva. vid. Roland. a Valle 1. *cons.* 43. *num.* 11. 5 Nullo pacto fœminæ, aut amplius quam fibi competit agere, aut pro aliis poffint intervenire perfonis, *l.* 5. *C. Theod. h. t.* l. 2. 6 Id eft, tutelam. Itaque lex hæc fugitiva eft. 7 Ideoque non cadit in fœminam, *l.* 2. *ff. de reg. jur.* adde *l.* 4. §. *l.* 21. J. *h. t.* at forte cadit fpeciali jure *in matrem?* ne id quidem : vel ea pupillo curatorem tentur petere. vide Balu. *hic.* 8 Servus qui res domini adminiftrat, nec rem mobilem, nec immobilem, quæ eft in bonis domini, alienare potefi, citra domini voluntatem. Si vero in rem domini pretium procefit, emptori pretium reftituitur. *Synopfis Basil.* 7. *tit.* 6. *ex lib.* 8. *tit.* 2. *cap.* 93. 9 Hinc oritur ratio dubitandi. *l.* 16. J. *h. t.* 10 Decidendi ratio. 11 Vel actione de in rem verfo, vel negotiorum actione, vel condictione fine caufa, vel officio judicis. 12 Quod ad dandi facultatem. 13 An *Damafco?* an *Edeffa?* 14 Quando hoc procedat, & quando non, docebunt te fcribentes hic, & ad l. fin. de gaft. convent. Socin. Jun. *confil.* 105. *num.* 11. *lib.* 1. Tiraquell. *poft leges connubial. gloff.* 5. n. 212. item an locum habeat in fponfo de futuro, Roland. a Valle *in tractatu de iuris dotis quæft.* 12. *num.* 9. Roman. *confilio* 417. & *in c. confitutus. de procurat.* Mod. 15 Imo non cogitur fatisdare. *l. ult.* J. *de pactis conventis.* Solve : Agitur hic de bonis uxoris, vire non traditis, non de dote, aut paraphernalibus. *Bart. Bald.* 16 Pudoris habenda ratio. 17 *l. ult.* J. *de recept. arbitris.* 18 Includo unius alterius eft excludio. Rip. *lib.* 2. *Refponf.* c. 5. Mod. 19 Id eft, quantumvis fit conjuncta perfona. 20 *l.* 10. J. *h. t.* Imo, & altra poteft. *l.* 56. *l.* 62. *ff. h. t.* Solve : Poteft, fed quod neceffario cohæreat mandato. 21 Μετὰ πρόκλησιν τοῦ τοιούτου &c. Procurator poft litem contefatam (perperam Leunclavius ita vertit, *Qui poft litem contefatam procurator inftitutus eft* : neque enim hic agitur de procuratore inftituto poft litem contefitam, fed fimpliciter de procuratoris jure poft litem contefitam) a domino litis ne removeatur, nifi capitalis inimicitia, vel morbus, vel alia neceffaria caufa intercefferit. *Synopf. Basil.* 8. περὶ ἐντολῆς, *cap.* 95. 22 Procurator lite contefata, litis, non ipfius rei dominus efficitur. *l.* 23. J. *h. t.* 23 *l.* 8. §. 1. *l.* 10. *l.* 21. *ff. h. t.* vid. *l.* 6. §. 17. *ff. de excus. tut.* 24 *l.* 20. *ff. h. t.* 25 *l.* 10. *l.* 23. *ff. h. t.* adde, nifi procuratori confentiatur, ab ipfo domino, Bart. *hic.*

26 *l.* 1. *C. Th. h. t.* 27 *l.* 11. *l.* 22. §. *h. t.* 28 *d. l.* 22. 29 Id eft, mortem, obitum. Symmachus 1. *epift.* Succeffit aliud, ut obiitu Marciannæ clariffimæ fœminæ, mandatum diceretur extinctum, fed contra veneraffis Juliani fanctio ftare jubet. Id procuratorum officia, caufarum dominis viventibus inchoata. vide Cujac. 2. *obferv.*

30 Inter. pretatio Conjuncta

TIT. XIV.

NE [1] LICEAT POTENTIORIBUS [2] PATROCINIUM [3] LITIGANTIBUS PRÆSTARE, VEL ACTIONES [4] IN SE TRANSFERRE [5].

1. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Aristobulo salutem.

DIvine admodum constituit D. Claudius [6] consultissimus Princeps, parens noster, ut [7] jactura causæ afficerentur hi qui sibi potentiorum patrocinium [8] advocassent : ut, hoc proposito metu, judiciariæ lites potius suo [9] marte discurrerent, quam potentiorum domorum opibus niterentur. † Quem [10] palam est in tantum provinciarum quæstionibus esse commotum, ut hujus sanctionis Rectores provinciarum custodes, & contemptæ hujus rei vindices fecerit : scilicet, ut in actores seu procuratores in subsidia negotiorum vel usurpatos gratia, vel redemptos [11], severa sententia vindicarent. Quare cum interfit in universum omnium, & præcipue tenuiorum, qui sæpe importunis potentium intercessionibus opprimuntur : inter litigatores audientiam tuam impertiri debebis. † Nec metuas, ne præjudices Clarissimis viris : cum [12] D. Claudius hujus rei Rectorem provinciæ discepatorem, &, si res postularet, ultorem specialiter fecerit. Dat. 4. Id. Septembr. AA. III. & II. CONSS. 287.

2. Imppp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Joanni P.P.

SI [13] cujuscunque modi actiones [14] ad potentiorum fuerint delatæ personas [15], debiti creditores jactura [16] multentur. Aperta enim credentium videtur esse voracitas [17], qui alios actionum suarum redimunt exactores. Dat. 5. Id. Jul. HONOR. VII. & THEODOS. II. AA. CONSS. 407.

TIT. XV.

DE [18] HIS QUI POTENTIORUM NOMINE [19] TITULOS PRÆDIIS AFFIGUNT, VEL EORUM NOMINA IN LITEM PRÆTENDUNT [20].

1. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Messalæ P. P.

ANimadvertimus [21] plurimos injustarum desperatione causarum, potentium [22] titulos [23], & clarissimæ privilegia dignitatis, his a [24] quibus in jus vocantur, opponere. At ne in fraudem legum adversariorumque terrorem his nominibus abutantur [25], & titulis : qui hujusmodi dolo scientes conniverint [26], afficiendi sunt publicæ sententiæ nota. Quod si nullum hac in parte consensum præbuerint, ut libelli aut tituli eorum nominibus, [vel] ædibus affigerentur [27] alienis, eatenus in eos qui fecerint, vindicetur, ut affecti [28] plumbo perpetuis metallorum supplicii deputentur. † Quisquis igitur lite pulsatus, (cum ipse & rei sit possessor & juris, & titulum illatæ solenniter pulsationis exceperit) contradictoriis [29] libellis, aut titulis alterius nomen crediderit ingerendum : ejus possessionis [30], aut causæ, quam sub hac fraude aut retinere, aut evitare tentaverit, amissione multetur [31] : nec repetendæ actionis, etiam [32] si ei probabilis negotii merita suffragantur, habeat facultatem. Eos sane, qui se sponte alienis litibus inferi patiuntur, cum his neque possessio neque proprietas competat : veluti famæ suæ prodigos, & calumniarum [33] redemptores, notari oportebit. Dat. 15. Kalend. Decembr. *Med.* STILICHONE & AURELIANO CONSS. 400.

TIT. XVI.

UT NEMO PRIVATUS TITULOS PRÆDIIS SUIS, VEL ALIENIS IMPONAT, VEL VELA REGIA [34] SUSPENDAT.

Qui titulum Principis rei suæ imponit, illam perdit : & juris publici illam facit. Bald.

1. Impp. HONORIUS & THEODOSIUS AA. Flaviano P. P.

REgiæ majestatis est, ut nostræ tantum domus & patrimonia titulorum inscriptione legantur. Omnes igitur intelligant, publico juri esse deputandum id [35], cui nomen dominicum præscribitur. Dat. 3. Kalend. Decembr. *Ravennæ*, BASSO & PHILIPPO CONSS. 408.

Imponens titulum, vel vela regia rebus ab alio juste, vel injuste possessis, si plebeius est, ultimo supplicio punitur : si nobilis, deportatur.

2. Impp. THEOD. & VALENT. AA. ad Florentium P. P.

NE quis vela regia suspendere, vel titulum audeat, sine præceptione Judicis competentis, alienis rebus imponere, quas quocunque modo qualiscunque persona possideat : licet non dominus, licet injustus possessor, vel temerarius invasor, qui possidet, doceatur. † Eum autem, qui hoc facere ausus fuerit, si plebeius est, ultimo subdi supplicio : si Clarissimus, vel curialis, vel miles, vel clericus, proscribendum deportandumque, non solum civitate Romana, sed etiam libertate privari censemus : executoresque hujus legis omnes Judices esse oportere. † Deponendi autem, vel frangendi [36] titulos, & conscindendi vela, non solum eis, ad quorum præjudicium tale aliquid contra fas contraque leges committitur : sed omnibus tam liberis, quam servis sine metu calumniæ, vel accusatione [37] criminis licentiam ministramus : decernentes, judices eorumque officia tricenis libris auri multari, si talem accusationem vel [38] admittant, vel depositam scribi concedant. Dat. 15. Kal. Jul. THEOD. A. XII. & FESTO CONSS. 439.

TIT. XVII.

UT [39] NEMINI LICEAT SINE JUDICIS AUCTORITATE SIGNA [40] REBUS IMPONERE ALIENIS [41].

Insignia imposita rei meæ sine judicis auctoritate licet mihi propria auctoritate removere. Salic.

1. Imp. PROBUS A. Octavio.

SÆpe rescriptum est, ante sententiam signa rebus quas aliquis tenebat [42], imprimi non oportere. Et ideo ea rebus, aut fructibus apud te constitutis illicite imposita, poteris ipse licite detrahere [43] : ut amotis his, causa, quæ ex officio tibi infertur, terminetur. Dat. 4. Kal. Jul. PROBO A. II. & LUPO CONSS. 278.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Craugasio.

REbus, quas alius detinet [44], imprimere signa nemini licet, etiamsi suas vel obligatas sibi eas esse aliquis affirmet [45].

TIT. XVIII.

NE FISCUS [46], VEL RESPUBLICA PROCURATIONEM ALICUI PATROCINII CAUSA IN LITE PRÆSTET.

De prætextu debiti.

1. Imp. GORD. A. Legitimo & aliis.

REipublicæ juribus adjuvari te fub obtentu [47] quantitatis, quam eidem Reipublicæ debes, contra juris rationem defideras. 3. Id. Januar. GORDIANO A. II. & POMPEJANO CONSS. 242.

De donatione partis rerum vel actionum.

2. Idem A. Tertull.

CUm allegas, partem [48] rerum vel actionum dimidiam fifco quo magis ejus juribus protegaris, velle te donare [49] : hujusmodi litium donationem admitti temporum meorum difciplina non patitur. Unde jus tuum fi quod tibi competit, citra invidiam [50] fifci mei tueri folemniter cura. S. 6. Non. Aug. GORDIANO A. II. & POMPEJANO CONSS. 242.

1 Titulus Synopf. Bafilic. ita conceptus eft περὶ τῶν προσφυγόντων εἰς προστασίαν τινὸς δυνατοῦ 7. *tit.* 9. 2 Potentiores funt, qui opibus & gratia valent. Pindarus : χαλεπὸ δ' ἐφ' ἰσχὺν ἀνθρώπου ὁμιλεῖν κρείσσονι. Hefiod. ἄῤῥων δ' ὃς καὶ ἰσόθεος πρὸς κρείσσονα δυνατὸς ἀντιφέρεται. vide Cujac. *hic.* cum hujusmodi hominibus litigare periculofum eft. Porro hinc colligitur, argumento per contrarium duño, cefflonem regulariter permitti. de quo vide Socin. *regula* 48. 3 De patrocinio, vide *l.* 1. J. *h. t.* *Nevell.* 17. *cap.* 13. Porro in eo differt hic titulus a *titulo de alienatione judicii mutandi.* Illo enim titulo agitur de re in potentiorem translata, in hoc autem agitur de lite tantum in aliquem translata. 4 *l.* 2. J. *h. t.* 5 De ergolabis, & redemptoribus litium, vid. Cujac. 8. *obferv.* 31. 6 Secundus fcil. qui *M.* Aurelius Claudius : cujus & a Zonara recitatur alia conftitutio. De petitionibus bonorum fubfitis. vid. Cujac. *d. l.* 7 Ad patrocinium potentioris litis caufa confugiens caufa cadit. *Synopfis* 7. *tit.* 9. *cap.* 1. & 2. *Harmen.* 10. §. 5. 8 Id eft, procuratorem, non advocationem. *arg. l.* 6. §. 1. *fupr. de poftul.* quia procuratores magis inftant caufæ, quam advocati. 9 *Marte fuo difcurrere*, aut *decurrere* lites dicuntur, cum via folenni, & ufitata expediuntur.

10 Qui in patrocinium potentes litis caufa allum fufcipit, κρὸς συμβλητικὰς ἐστι, etiamfi fenator fit, ἐξω τῶν διαστυχόντων τυραφείου, extra ordinem punitur. *Synopfis & Harmen. ibid.* 11 Potentiores fufcipiunt alienas lites, accepta interdum pecunia, *ut hic* : interdum data. *l.* 18. §. *ult. pren.* Prius ita fit, veluti fi mercedem acceperis, ob litem alienam agendam quafi suam fub pactione tertiæ, vel dimidiæ aut quotæ partis quod leges vetant. Idem dicendum, fi mercedem acceperis ut bona aliena, aut agricolas defenderes. vid. Cujac. *d. loc.* 12 Ut hujus conftitutionis ne legis discepatores, & ultores fint provinciarum præfides. *Synopfis ibi.* Atque ita Præfes punit fibi æqualem, id eft, Clariffimum dignitate, imparem tamen in adminiftratione.

13 *l. unic. C. Th.* de actionibus ad potentes translatis *lib.* 2. 14 Cautiones *d. l. unic.* ut fit fenfus. Eum qui mutuum dat, vel alio modo contrahit, fi fuo nomine recufaverit, ἀσφάλειαν, γραμματεῖον ἢ ἄλλο συμβόλαιον, cautionem, nomen aut aliud infrumentum accipere, & ea in potentiorem alium tranftulerit, qui id fecerit, ἐκπίπτει τῆ τοιούτῳ χρέως, tali debito excidere, *Syn. ibid. c.* 2. Harm. *ibid.* §. 6. 15 An & quatenus poftit in potentiorem fieri ceffio, vide Jafonem *ad l. fi ita quis.* §. *ea lege.* n. 13. *ff. de verb. obligat.* Cujac. 13. *obferv.* *in Regul.* 48. Petr. Reb. *ad l. note. de fentent. quæ pro eo quod intereft. num.* 341. & 347. Tiraquel. *ad l. fi unquam. in præfat. num.* 53. *infi. de revocand. donat.* Abb. *ad c.* 2. *extr. de fpud. in ub. notab.* Mod. 16 Pœnam obferva debitum in potentiorem transferentis. 17 Vorare debitorem velle is videtur, qui fuas in eum actiones potentiori cedit, *l.* 22. J. *mandat.*

18 Hujus titulí inferiptio eft inverta. Sic enim conceptus eft Titulus C. Theod. *De his, qui potentiarum nominibus in litem prætendunt aut titulos prædiis affigunt.* Ceterum adde hnic titulo *Novell.* 17. *c.* 18. & Cafliodorium §. *variarum* 18. 19 Solius eft fifci titulos alienis prædiis imponere. adde Cafliodorium §. *variar.* 6. Titulos five figna Græci σύμαντρα. *Edict. Tiber. cap.* 1. *autor Synopf. Basil.* 7. *tit.* 10. *&* *tit.* 11. appellat τίτλοι & σφραγῖδας. Huc illud Auguftini referri poteft ex *Pfalm.* 21. Ne domos ipfius invadat aliquis potens, ponit ibi titulos potentis, titulos mendaces : ipfe vult effe poffeffor & frontem domus fuæ de titulo alieno munivit, ut cum titulus lectus fuerit, conterritus quis potentia nominis, abftineat fe ab invafione. vide Cujac. *ad l.* 3. J. *de lion. var.*

20 Prætendere nomina in litem eft ἐπιβουλεύειν. 21 *l. unic. C. Theod. h. t. lib.* 2. 22 Puta fenatorum. 23 Qui & δεξιόματα, characteres, *confilit. Tib. de diri. domib. in c.* 1. 24 Pertinet hæc lex ad reos, qui potentiorum nomine, aut titulo adjundo actores terrent : & rem cujus nomine conveniuntur, fimulant alterius potentioris effe. Horum pœna hæc eft, ut affecti plumbo, perpetuis metallorum fupplicii deputentur. hæc lege. *Synopf. Basil. d. l.* 25 *Nov.* 17. *c.* 15. *Nov.* 164. *cap.* 1. 26 Convinvent *d. l.* 1. 27 Adfigantur *d. l.* 1. 28 ἵνα μηδὲν φανταχόθεν περιφύγοιεν & τυπῆναι κλοιῷ καὶ πληγαῖς ἔστιν & δημόσιος εἰς τὸ μέταλλον τεκτέον. *Synopf. Basil. d. l.* id eft, ut undique plumbo conftricti, hoc eft, metallum gellantes vel plumbati in metallum perpetuo dentur. 29 Ἀντιῤῥήσεσι λόγων, contradictoriis poffeffionibus aut titulis. *d. l.* 1. contradictoris poffefforis titulis, quidam etiam ita legunt. 30 Τῆς κτήσεως αὐτοῦ καὶ τῆς διοικήσεως ἐκπίπτειν. *Synopf.* poffeffione ipfa, & adminiftratione feu ædiu ejus excidere. 31 Nota pœnam titulum alienum prætendentis. Hinc illud Auguftini *in ferm. l.* 9. In ipfis deprecationibus fuis titulum Chrifti hæretici poftuerunt : ut prædæ ipforum defenderentur per titulum potentis. Quid facit Chriftus ? ejicit prædatorem, titulum non deponit, fed poffidet dominum, quia ibi invenit titulum fuum. 32 Id eft, quamvis in eam juftas quasdam allegationes habeant. 33 Ἐργολάβοι συκοφαντιαῖοι. *Synopf.*

34 Vela regalia *Hal.* Ambrofius ea etiam appellat cortinas regias 3. *epift.* 33. Publici tituli ab Athalarico apud Cafliodorium : titulí fifci a Theodorico apud eundem Cafliodorium : fifcales tituli, *l.* 2. J. *de aquæduct. lib.* 11. *tit.* 42. dicuntur, quæ duo poftrema pertinere poffunt ad *tit.* 18. J. *h. t.* Gregorius ad Conftantianum Auguftam 4. *Epift.* queritur de Stephano quodam charturario, quod nomine fifci, loca fingulorum invaderet, & titulos imponeret indicta caufa. *Goth.* Quæ fint vela Regia, vid. Rævard. *Var. lect. lib.* 1. *c.* 11. & 15. Anf. 35 Hoc refte illud Auguftini, de quo fuperius diximus. Hinc interea colligere poffis, Urbem imperialem centeri, in cujus portis aut ædificiis publicis, infignia imperatoris longiffimo tempore fufpenfa fuerint, nemine ea evertente. 36 Jure meo refringere poffum tabulas, quas alter vi aut clam fixerit ad meæ ædium limen. *l.* 1. *tit. prox. l.* 22. §. 2. *ff. quod vi aut clam. Nov.* 28. *c.* 5. *Edict. Tiber. c.* 4. 37 Hoc igitur crimen capitale eft, extremique fupplicii. *v. Nov.* 164. *in fin.* 38 Adverfus eos, qui ejusmodi vela conciderint.

39 Vid. *Nov.* 60. *c.* 1. *in pr.* 40 Propria fcil. *de regiis* dictum eft *tit.* 16. *de potentiorum* titulis dictum eft *tit.* 15. J. *h. lib.* 41 Alii : imprimere, aut alius dicitur : quod ex nigro, & antiquis exemplariibus probat Rævard. *Var. lect. lib.* 5. *cap.* 16. Anf. 42 Forte ut fibi debitum vel obligatum, *l.* 2. J. *h. t.* 43 *l. ult. fupr. tit. proxim.* 44 Jure forte pignoris, J. *h. t.* 45 Nifi velit fuis omnibus rebus quafi publicatis titulos fifcales apponi. *Novell.* 17. *cap.* 15. *Novell.* 28. *c.* 5. Imo, & extremum fupplicium pati. *Novell.* 164. *in pr.* vide Cujac. *hic.*

46 Nec potens privatus *tit.* 14. 15. nec fifcus, nec respublica patrocinium litis alienæ fufcipere debet, *ut hic. l.* 22. §. 2. *ff. de jure fifci.* 47 *l.* 3. J. *h. t.* 48 *d.* §. 2. 49 Donationem litis fufcipiendæ caufa fifcus non admittit. 50 *l. ult.* J. *h. t. l.* 91. *ff. de hæred. inftit.* Paul. 5. *fentent.* 12. §. 7. §. adde *l.* 1. J. *qui militare poff.*

De prætextu debiti.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Amphioni.

ABhorret a seculo nostro, sub prætextu [1] debiti procurationem contra privatos fiscum præstare. Dat. 8. Kal. Jan. *Philippopoli*, CC. CONSS. 294.

4. Iidem AA. & CC. Achilli.

AD fraudem [2] creditoribus faciendam, invidiam [3] fiscalium contra seculi nostri tranquillitatem implorari non decet. Redde [4] itaque quod fisco nostro debes: &, si conventus velut a creditore fueris, quem tibi numerasse pecuniam negas, exceptione non numeratæ pecuniæ secundum leges uti potes. Dat. 16. Kalend. Jan. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

TIT. XIX.

DE NEGOTIIS [5] GESTIS.

De sumptibus factis affectione materna, vel domestica.

1. Impp. SEVERUS & ANTON. AA. Sopatræ.

CUm tutores filiorum tuorum suspectos faceres, eisdemque tutores [seu curatores] peteres, munere [6] pietatis fungebaris: quæ causa non admittit negotiorum gestorum actionem, ut [7] sumptus, quos in ea lite fecisti, repetere possis: cum, etiam si quis pro affectione domestica [8] aliquos sumptus fecerit, nulla ratione eos repetere possit. PP. 3. Non. Octobr. DEXTRO & PRISCO CONSS. 197.

De pupillo.

2. Iidem AA. Rufinæ.

COntra impuberes quoque, si negotia eorum urgentibus necessitatis rationibus utiliter gerantur: in quantum locupletiores [9] facti sunt, dandam actionem, ex utilitate ipsorum receptum est. Quæ tibi quoque jure decernitur, quod sumptus in pupillum, quem Romam tutorum petendorum gratia duxisti, fecisse te allegas: si [10] non matertera [11] ejusdem se facere paratam propriis impendiis ostenderit. PP. 10. Kal. Februar. LATERANO & RUFINO CONSS. 198.

De soluto pro coherede.

3. Iidem AA. Hadriano.

SI pro fratre coherede [12] pecuniam solvisti, negotiorum gestorum actione experiri potes: sive pignoris liberandi [13] gratia debitum universum solvere coactus es, actionem eandem habebis, vel judicio familiæ ercisecundæ, si non est inter vos redditum, eam quantitatem assequeris. PP. 8. Kalend. Febr. ANULINO & FRONTONE CONSS. 200.

De pupillæ negotiis tutoris mandato gestis.

4. Iidem AA. Claudio.

QUi pupillæ negotia tutoris mandato [14] suscepit, pro tutore negotia non [15] videtur gessisse, sed negotiorum gestorum actione pupillæ tenebitur. PP. 3. Nonas Decemb. FABIANO & MUTIANO CONSS. 202.

De liberto.

5. Iidem AA. Tryphonio.

OFficio [16] nec minus obsequio liberti [17] functus, negotiorum gestorum actionem contra patroni filias pupillas habere non potest. PP. 13. Kal. Jul. GETA & PLAUTIANO CONSS. 204.

De curatore dato patris testamento.

6. Iidem AA. Gallo.

CUratorem tibi quidem patris testamento [18] datum dicis, quod [19] non potest videri jure factum: Quod si (ut proponis) administrationi se immiscuit: negotiorum gestorum [20] actio tam adversus eum quam contra [21] heredes ejus tibi competit. PP. * APRO & MAXIMO CONSS. 208.

De aditione hereditatis ex parte.

7. Imp. ANTONINUS A. Euphratæ.

SI ab eo qui negotia tua gessit [22], heres ex duabus unciis institutus es [23]: etiamsi adeas hereditatem, in reliquis [24] decem unciis adversus [25] coheredem competit tibi petitio, si quam adversus defunctum habuisti actionem. PP. 6. Id. Mart. *Romæ*, SABINO & ANULINO CONSS. 217.

De temporis præscriptione.

8. Idem A. & C. Severo.

ADversus eos, qui negotia tua gesserunt, negotiorum gestorum judicio civiliter consiste: nec tibi oberit, si propter occupationes [26] militares eam litem tardius fueris executus: cum hoc genus actionis longi [27] temporis præscriptione excludi non possit. 6. Kal. Aug. ANTONINO & [28] ADVENTO CONSS. 219.

De ratihabitione.

9. Idem A. Sallustio.

SI pecuniam [tuam] a debitore tuo Julianus exegit [29], eamque solutionem ratam habuisti: habes adversus eum negotiorum gestorum actionem. PP. 8. Kalend. Mart. PRÆSENTE & EXTRICATO CONSS. 218.

De eo, qui servum ægrum curavit.

10. Imp. ALEXAND. A. Secundo & aliis.

SI servum alienum non inutilem domino constitutum, ægrum [30] curastis: negotium utiliter gessistis & competenti vobis actione sumptus recuperare potestis. PP. 12. Kalend. Decembr. ALEXANDRO A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

De impensis a matre factis.

11. Idem A. Herenniæ.

ALimenta quidem, quæ filiis [31] tuis præstitisti, tibi reddi non justa ratione postulas: cum id exigente materna [32] pietate feceris. Si quid autem [33] in rebus eorum utiliter, & probabili [34] more impendisti: si non & hoc materna liberalitate, sed [35] recipiendi animo fecisse te ostenderis; id negotiorum gestorum actione consequi potes. PP. 12. Kal. Februar. ALBINO & MAXIMO CONSS. 228.

Si filius pro patre solverit.

12. Idem A. Theophilo.

SI filius pro patre suo debitum solverit, nullam actionem ob eam solutionem habet: sive in potestate patris, cum solveret, fuerit, sive sui juris constitutus: si [36] donandi animo pecuniam dedit. Si igitur pater tuus sui juris constitutus, pro patre suo negotia gerens, non præcedente mandato debitum ejus solvit: negotiorum gestorum agere cum patruis tuis [potes]. PP. Kalend. August. AGRICOLA & CLEMENTINO CONSS. 231.

De impensis in uxorem ægram, vel in funus ejus.

13. Idem A. Aquiliæ.

QUod in uxorem tuam ægram [37] erogasti, non a socero repetere, sed affectioni [38] tuæ [debes] expendere. † In funus [39] sane ejus, si quid eo nomine quasi recepturus erogasti: patrem, ad quem dos [40] rediit, jure convenis. PP. 8. Kalend. Novemb. AGRICOLA & CLEMENTINO CONSS. 231.

De negotiis mariti, & uxoris, mandato mariti gestis.

14. Idem A. Mutiano Rufo.

SI mandatum solius mariti secutus, tam ipsius quam uxoris ejus negotia gessisti, tam tibi, quam mulieri invicem negotiorum gestorum competit actio. Ipsi sane qui mandavit, adversus te mandati actio est: sed [41] & tibi adversus eum contraria, si quid forte supererogasti. PP. 10. Kalend. Mart. MAXIMO II. & URBANO CONSS. 235.

De eo quod vitricus in privignas impendit.

15. Imp. GORD. A. Eutychiano.

SI paterno affectu [42] privignas [43] tuas aluisti, seu mercedes pro his aliquas magistris [44] expendisti: ejus erogationis tibi nulla repetitio est. Quod si [ut] [45] repetiturus ea, quæ in sumptum milisti, aliquid erogasti: negotiorum gestorum tibi intentanda est actio. PP. 6. Id. Jul. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De tributis pro sorore solutis.

16. Impp. GALLUS & VOLUSIAN. AA. Eutychiano.

SI negotium fororis [46] tuæ gerens pro ea tributa solvisti, vel mandante ea, vel rogante id fecisti? negotiorum gestorum actione, vel mandati id quod solvisse te constiterit, repetere poteris. PP. 11. Kal. Maji, GALLO & VOLUSIANO CONSS. 253.

1 *l. 1. §. 3. h. t.* 2 Fraus nulli inferenda, ne quidem a fisco. 3 *l. 2. in fin. §. hic.* 4 Id est, solve, *ut l. 6. §. de juris & facti ignor.*

5 *L. 3. D. §.* Paul. 1. *sent.* 4. 5. Harm. 11. *cap. περὶ διοικητῶν*, adde 8. *Eclog.* 2. *ex lib.* 17. *tit.* 1. Negotiorum gestores funt procuratores voluntarii fine mandato. 6 Sumptus factus ab eo, qui pictatem paternam vel similem debet, in dubio præsumitur factus animo non repetendi, *l. 1. §. 1. h. t. l. 27. in fin. ff. h. t. l. 32. §. 2. ff. de cond. indeb.* ideoque gestor contrarium probare tenetur. *l. 34. ff. h. t.* contrarium autem colligi potest in dubio, ex quantitate impensarum. *l. 47. ff. de donat. int. vir.* ex contraria protestatione gerentis, & facultatibus ejus, cujus negotium geritur. 7 Hæc est contraria actio, negotii gestori competens *l. 2. 10. 20. ff. hic.* 8 Aut amici, *l. 44. ff. h. t.* aut maritali, *l. 13. §. h. t.* 9 Pupillus factus locupletior obligatur. *l. 6. l. 21. §. 1. l. 34. in fin. l. 37. §. h. t.* 10 Pupillus non tenetur de negotio gesto, si idem negotium alius gratis fidurus erat: Non cuivis tamen id affirmari temere credi oportet: potest enim id pupilli gratia quivis ac id conductus ementiri, in damnum bonæ fidei gestoris. adde *l. 6. in fin. ff. h. t.* 11 Matertera admittitur ad defensionem negotii. *Ivid.* 12 *l. 31. in fin. ff. h. t.* vide *l. 18. in fin. ff. familiæ ercisc.* 13 Solutio voluntaria parti negotiorum gestorum actionem, *ut hic*: necessaria parti actionem ex illa causa, ex qua deferendit. *l. 6. §. 7. l. 7.* vel utile negotiorum gestorum judicium. *l. 3. §. 10. ff. h. t.* 14 Subfitutus a tutore teneur ei mandati: pupillo negotiorum gestorum. Et ita tutor ad negotia facit procuratorem proprio nomine. *Bald.* Qui fi nullo mandato tutoris gessit, fed ne tutor tutelæ teneretur? negotium teneibut. *l. 6. ff. h. t.* 15 Quia nec ignorans, nec fciens fe tutorem dicit. *l. 1. §. 2. ff. de ea, qui pro tut.* Paul. 1. *sentent.* 4. 6. *ult.* fed fimplicitter manoato tutoris gefit. 16 Officium (unde inofficiofum. *l. 1. ff. de jure patron.*) libertus patrono præftat, ut homini: obfequium, cotius tamen confirmari folet. *l. 16. ff. de excusf. tut. §. 1. Inftit. de cur. l. 1. in fin. ff. de confirm. tut.* Si quid ante eam confirmationem gefferit, negotiorum gefforum actione id fervabit. 19 Curatorem pater non poteft liberis fuis teftamento relinquere, *ut hic.* adde §. Harmen. 11. §. 33. 20 Dixi ad *l. 4. in fin.* J. *qui dare tut.* 21 *l. 7. l. 17. J. h. t. l. 3. §. 7. ff. h. t.* Quique eo nomine tibi tenebatur. 23 Confufio nomen non confundere debitum, nifi pro hereditaria portione. 24 Heredem tui debitoris, *l. 6. §. h. t.* 25 Heredem tui 26 Negotiorum gefforis: fi tacite non videtur debitum remittere, qui propter occupationes militares rem convenire non potuit. 27 Ratio

administrationis exigi poteft usque ad triginta annos. *Bald.* Actio negotiorum perpetua eft. 28 Vid. Cujac. 15. *obf.* 3. 29 Debiti exactio fine domini mandato facta ejus ratihabitione confirmari poteft. 30 *l. 10. in fin. ff. h. t.* vid. *l. 2. ff. de impens. in res.* excipe cafus *l. 27. §. 17. ff. ad leg. Aquil.* Alexander ipfe fumptus reftituit in fimile. *vid. Lamprid.* 31 Et quos fumptus fecit in alendis liberis, ut hic, licet reddendis. *l. 17. in fin.* J. *de captiv. & poftlimin. reverf.* in dubio videtur donaffe. vide quæ not. ad *l. 1. §. h. t.* 32 *l. 1. §. h. t.* idem in patre. *l. 15. infr. h. t.* 33 Parens fumptus factos in rebus liberorum, ut hic, aut in rebus eis emendis. Bald. *hic*: non videtur domare, ut hic, in dubio tamen fi eos aluerit, intelligitur eis donaffe alimenta. 34 *h. t.* ut & expenfas factas in petendo eis curatore vel tutore, *l. 1. §. h. t.* Ertits favorabilior eft expenfa in perfona, quam in rebus. De expenfis ftudiorum, & dote aliis dicemus. *Goth.* Rationem v. in *l. fin. §. 5. infr. de bon. quæ liber. l. 1. §. 3. ff. de inftit. & jure. l. 15. infr. h. t.* Anf. 34 Mos ille tel ex quantitate fumptus, aut pretium defumtur. 35 Vide quæ notavi ad *l. 14. §. 7. ff. de relig. & fumpt.* Domanii animus non præfumitur. 36 *l. 4. ff. h. t. l. 2. in fin. infr. de rei vindic. l. 33. in fin. ff. de leg. 3.* In dubio quid dicendum? quantitas folutæ pecuniæ fpectanda. 37 Futa furiofam. vid. *l. 22. §. 8. ff. folut. matrim.* 38 Maritali: quæ nulla major eft poteft. 39 Mariti expenfas factas in funere uxoris repetere poteft, adde *l. 14. §. 7. ff. de relig. & fumpt.* 40 Et merito: Nam impenfa funeris ex alienum dotis eft. *l. 16. ff. de relig. & fumpt.* Hinc etiam collige, maritum impenfas uxoris nomine factas ab eo repetere, ad quem dos uxoris rediit. Quid fi dos nulla? heredes ab inteftato conveniri poffunt. Quid fi nulli fint? pater defunctæ conveniri poteft, funeris nomine. *l. 28. ff. de relig. & fumpt.* Quid fi pater non fit folvendo? maritus fumptus a fe factos fibi imputabit. *d. l. 28.* Quid fi tertius funeravit? maritus in quantum facere poterit conveniendus. *d. l. 28.* Interim hoc mirum videri pofit, onus funerandæ filiæ patri magis incumbere, quam maritio. 41 Idem adus refpectu diverfarum actionum diverfi generis actiones poteft parere. 42 Qui in hujusmodi perfonis præfumitur, cum eis privigni & privignæ, nec non filii eotum fint liberorum loco. *l. 40. ff. de ritu nupt.* vide Cujac. 9. *obferv.* 18. adde quæ notavi ad *l. 4. ff. de gradibus.* Nec tamen tenetur *vitricus* onera privigni alias fufcipere. *l. 3. §. 7. ff. de muneribus & honor.* 43 De *vitricis*, adde *l. 1. infr. ubi pupilli educari. l. ult. infr. de contr. jud. tut.* 44 Hujusmodi expenfæ ceffante affectu vitrici præfumpto reperiuntur. de quibus vide quæ notavi ad *l. 79. ff. de verb. fign.* 45 Adde *l. 34. ff. h. t.* 46 Dictum eft de expenfis factis a matre. *l. 1. §. 11. ff. h. t.* 47 *l. 1. §. 1. ff. de in jus vocando.* 48 Et ita *l. 1. §. 1. ff. de relig. & fumpt.* 49 Dixi ad *l. 3. §. h. t.* 50 *l. 14. §. 2. ff. h. t.* 51 Vim adhibuisse is præsumitur, quo fciente vis illata eft, vel qui eam fubmifit. *l. 9. §. 1. l. 14. §. 3. ff. h. t. l. 15. in fin. ff. de dolo. l. 1. §. 12. ff. de vi & vi arm.* 52 Vid. *l. 8. J. de refcindenda venditi.* 53 Reftitutione res in priorem ftatum refolvitur. *l. 24. §. 4. ff. de minoribus. 25. ann. l. 1. J. de fent. pafto.*

De successoribus curatoris.

17. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Claudiæ.

CUratoris etiam successores [1] negotiorum gestorum utili [2] conventos actione tam dolum [3], quam latam culpam præstare debere, nec ad eos officium [4] administrationis transire [5], ideoque [6] nullam alienandi eos res adultæ potestatem habere convenit. Dat. 13. Kal. Januar. *Sirmii*, AA. CONSS. 287.

De bona fide, de gestis ex necessitate.

18. Iidem AA. & CC. Pomponio.

OB [7] negotium alienum gestum, sumptuum factorum usuras [8] præstari bona [9] fides suadit: Quo jure contra eos etiam [10], quorum te necessitate compulsum negotium gessisse proponis, per [11] judicium negotiorum gestorum uteris. Dat. 9. Kal. Januar. AA. CONSS. 287.

De re communi.

19. Iidem AA. & CC. Alexandro.

AB uno herede pro solido re veluti communi [12] venundata, de pretio [13] coheres venditoris negotiorum gestorum [actione] ratam [14] faciens venditionem, agere potest. Dat. Id. Feb. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

Collatio tutoris vel curatoris & negotiorum gestoris; de dolo, & culpa: de his, quæ negotiorum gestor exegerit, vel non.

20. Iidem AA. & CC. Octavianæ.

TUtori, vel curatori similis non habetur, qui citra mandatum, negotium alienum sponte gerit: quippe superioribus [15] quidem necessitas muneris administrationis finem: huic autem propria voluntas facit: ac satis [16] abundeque sufficit [17], si cui vel in paucis amici labore consulatur. Secundum quæ super his quidem, quæ nec tutor nec curator constitutus, ultro [18] quis administravit, cum non [19] tantum dolum, & latam culpam, sed & levem præstare necesse habeat: a te conveniri potest, & ea, quæ tibi ab eo deberi patuerit, cum usuris [20] compelletur reddere. De cæteris vero, quæ ab aliis tui constituta juris detenta exacta non sunt, ab hoc, qui nec [21] agendi quidem propter exceptionis -- obtlaculum facultatem habere potuit, exigi non potest. & idcirco adversus eos, quos res tuas tenere dicis, detorquere tuas petitiones debes. Dat. 8. Kalend. Maji, *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

De manumissione.

21. Iidem AA. & CC. Michræ.

SI cognati tui servos suos manumiserunt: hoc, quod administrasse eos rem tuam contendis, impedimento [22] eorum libertati fieri non potuit. Quin autem ex actu præcedenti, post manumissionem [23], si utriusque temporis administratio non connexa, sed separata sit: conveniri non posse, proculdubio est. Dat. 6. Kal. Octob. *Viminacii*, CC. CONSS. 294.

De casu fortuito.

22. Iidem AA. & CC. Eulogio.

NEgotium gerentes alienum non interveniente speciali pacto, casum [24] fortuitum præstare non compelluntur. Dat. 11. Kalend. Decemb. CC. CONSS. 294.

Utrum hæc actio sit in rem, an in personam.

23. Iidem AA. & CC. Theodoro.

NEgotiis gestis, non in rem [26], sed in personam est actio. Dat. 12. Kal. Decemb. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 294.

De prohibitione domini.

24. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

SI quis, nolente, & specialiter [27] prohibente [28] domino rerum, administrationi earum sese immiscuit: apud magnos auctores dubitabatur, si pro expensis, quæ circa res factæ sunt, talis negotiorum gestorum habeat aliquam adversus dominum actionem. Quam quibusdam [29] pollicentibus directam, vel utilem: aliis negantibus (in quibus & Salvius Julianus fuit) hoc decidentes sancimus, si contradixerit [30] dominus, & eum res suas administrare prohibuerit, secundum Juliani sententiam, nullam esse adversus eum [vel directam, vel utilem] contrariam actionem, scilicet post denunciationem, quam ei dominus transmiserit, non concedens ei res ejus attingere: licet [31] res bene ab eo gestæ sint. Quid deinde, si dominus aspexerit ab administratore multas expensas utiliter factas, & tunc dolosa adsimulatione habita eum prohibuerit, ut neque anteriores expensas præstet? Quod nullo modo patimur: sed ex [32] quo [ea] testatio ad eum facta est, vel [33] in scriptis, vel sine scriptis sub testificatione aliarum tamen personarum: ex eo die pro faciendis meliorationibus nullam [34] ei competere actionem: super anterioribus autem, si utiliter factæ sunt, habere eum actionem contra dominum concedimus sua natura currentem. Dat. 14. Kal. Decemb. LAMPADIO & ORESTE CONSS. 530.

TIT. XX.

DE HIS, QUÆ VI [35], METUSVE [36] CAUSA GESTA SUNT [37].

De rei interitu.

1. Imp. ALEX. A. Felici.

PErsecutionem eorum, quæ vi vel furto ablata sunt, etiamsi postea interciderint [38], integram esse, jure responsum [39] est. PP. 10. Kal. Dec. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De eo, qui cavit, deinde solvit.

2. Idem A. Alexandro.

CUm te non solum cavisse, verum etiam solvisse pecuniam confitearis: qua ratione ut vim passus restitui [40], quod illatum est, postules, perspici non potest: quando verisimile [41] non sit, ad solutionem te properasse omissa querela de chirographo, utpote per vim extorto, nisi & in solvendo vim te passum dicas. PP. 6. Kal. Jul. ALEXANDRO A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

De venditione, de herede, de actione in rem, de longæ possessionis præscriptione.

3. Imp. GORD. A. Cajo.

SI vi vel metu fundum avus tuus distrahere coactus est, etiamsi maxime emptor eum alii [42] vendidit: si tamen tu avo tuo heres [43] extitisti, ut tibi reddito [44] a te pretio restituatur, postquam placuit in rem [45] quoque dari actionem secundum formam Perpetui Edicti, adito Præside provinciæ poteris postulare, si [46] modo qui secundo loco comparavit, longæ possessionis præscriptione non fuerit munitus. PP. 6. Id. Aug. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

De venditione, de anno, de causse cognitione, quid veniat in hanc actionem.

4. Idem A. Primo & Euthydico.

SI [47] per vim vel metum mortis, aut cruciatus corporis venditio a vobis extorta est, & non postea eam consensu [48] corroborastis: juxta Perpetui formam Edicti, intra annum quidem agentes, (quo experiundi potestas est) si res non restituatur, quadruplæ condemnationem referetis: scilicet reddito [49] a vobis pretio: post annum vero causa cognita, eadem actio in simplum permittitur: Quæ causæ cognitio eo pertinet, ut ita demum decernatur, si [50] alia actio non sit. PP. 3. Non. August. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De venditione, de persona, a qua vis est adhibita.

5. Idem A. Rufo militi.

NOn interest, a quo vis adhibita fit patri & patruo tuo, utrum ab emptore, an vero sciente [51] emptore ab alio, ut vi metuve possessionem vendere cogerentur. Nam si adhibita vi compulsi sunt possessiones suas, quæ majore valebant, minimo [52] distrahere: jurisdictionis tenore, ut id, quod improbe factum est, in [53] priorem statum revolvatur, impetrabunt. PP. 6. Kal. Jan. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

1 Successor gestoris tenetur negotiorum gestorum actione. *l. 6. §. h. t. l. 1. §. 2. J. de hered. tutor.* Quid? qui pro tutore vel curatore gessit? etiam negotiorum gestorum actione teneitur. *l. 4. J. qui dare tutores*, Paul. 1. *sentent.* 4. *§. ult.* tameti is qui pro tutore negotia gessit propria actione, id est, protutele teneatur, quæ diverse est ab actione negotiorum gestorum. *l. 1. §. J. quis quasi. 6. ff. de eo, qui pro tutore. l. pen. ff. de tut. & ratiob. distrahend.* 2 Nam ipse curator utili negotiorum gestorum actione tenetur. vide Cujacium *ad §. ult.* Paul. 1. *sentent.* 4. 3 Dolus & culpa defuncti purgantur in perfona heredis. 4 Non officium, fed obligatio tutoris in heredes defcendit: officium, inquam, quod induftriæ fit aliquid, & in quadam induftria conftitat. 5 Morte finitur officium. *l. 1. J. fi quis ignorans res manceps.* 6 Qui autoritatem tutoris non habet, alienare non poteft. 7 *Synopf. Basil.* 15. *tit.* 1. *ex lib.* 17. *tit.* 2. *cap.* 18. *et* 5. Harmen. 11. §. 19. 8 *l. 19. §. 4. ff. h. t. l. 27. ff. de ufuris.* 9 Vid. quæ notavi ad *l. 1. ff. de oblig. & action.* 10 Id eft, multo magis, ut fit fenfus, fi quis ultro negotia geffit, fumptuum a fe factorum ufuras poteft petere, & is multo magis, qui ex necefitate geffit. 11 Si apud provinciæ præfidem cum eis actione negotiorum gefforum experieris. *Synopf. d. loco.* 12 Adde *l. 31. in fin. J. qui. ff. h. t. l. 25. §. 16. ff. familiæ ercisc.* 13 Adde *l. 1. in fin.* J. *de rebus alienis non.* 14 Poft ratihabitionem, negotiorum gefforum actio competit. *l. 9. in fin. ff. h. t.* 15 Tutor, curator, extraneus, alienum negotium gerunt. Hic ultro: illis, necefitate. 16 *l. 39. §. 2. in fin. ff. de admin. & peric. tut. vid. l. 88. §. 5. ff. de leg. 2. l. ult. C. ne uxor pro marito.* 17 Imo non fufficit; tenetur enim fi quædam non gefferit. *l. 6. in fin. ff. h. t.* 18 Spontaneus geftor teneur de dolo, lata & levi culpa. *l. 11. ff. h. t. Vivi. l. 23. ff. de reg. jur.* interdum de cafu. *l. 22. verf. Sed ita. ff. h. t.* interdum, de dolo tantum. *l. 3. §. 9. ff. h. t.* 19 Negotiorum geftor bonam fidem, & exactam diligentiam rebus ejus pro qui intervenit, præftare debet. Paul. 2. *fent.* 4. §. 1. dolum & omnem culpam, h. e. non tantum latam culpam, fed & levem, *ut hic.* Interum tamen præftat dolum duntaxat *l. J. §. 9. interdum. 9. ff. h. t.* interdum etiam cafum. *l. fi negotia.* 11. *ff. h. t.* adde quæ fcripfi ad *l. 3. §. 9. ff. de negotiis geft.* 20 Pecuniæ quam apud fe habuit. vide *l. 23. in fin. ff. de ufuris.* 21 Geftor actiones movere non poteft, ideoque aliuts non præftat eorum, quæ non exegit. *l. 6. in fin. ff. h. t. l. 31. §. 4. in fin. ff. de hered. pet.* 22 Inutilis eft actio, quam elidit exceptio. 23 Non eft humanum ob rei pecuniariæ libertati moram fieri. *l. 37. in fr. ff. de fideicomm. libert.* 24 Senfus eft, Servus ex negotio in fervitute geito liber factus, non tenetur. *d. l. 37. circa fin. l. 17. 18. ff. h. t.* vid. *l. 1. l. 3. J. an fervus*: nifi negotium etiam poft liberitem continuaverit. *d. l. 17.* adde *l. 13. ff. de tut. & rationib.* 25 Geftor cafus non præftat. *l. 22. ff. h. t. l. 6. J. de pign. act.* nifi hoc fuerit conventum. *l. 1. J. de commodato, l. 23. ff. de reg. jur. l. 39. ff. mandati.* 26 Licet ex re nafcatur negotiorum actio & rem reperamus: hinc ratio dubitandi fumitur. vid. *hic Accurf.* 27 *Nolle* dicitur, qui fpecialiter prohibet: vid. quæ not. ad *l. 3. ff. de reg. jur.* 28 *l. 40. ff. mandati.* Vide ad hunc locum Socin. reg. 137. 29 Nota conficitum opinionum. 30 Poft dominj prohibitionem ac denunciationem factus fumptus geftor non repetit. Cur ita? quia in alieno fciens fumptus fecit: aliud fi in fuo quod fuum exiftimabat. *l. 13. ff. pro emptor.* De vi protestationis, dixi ad *l. 14. §. 7. ff. de Rebfpuf. & fumpt. fun.* Goth. Vide Goedd. *de verb. fignif. ad l. 29. num.* 6. Anf. Adde Socin. *reg.* 137. Menoch. *de arbitr. quæst. lib. 1. quæst. 69. num.* 27. S. L. 31 Imo, eo cafu male fibi poffeffor, & prædo fumptus repetit: adde *l. 38. ff. de rei vindic.* Quid juris? repetit ex æquo, *ut ibid.* dixi. Dominus autem non cenfetur locupletior, fi fumptus facti negotium ejus abfumunt. *§. 38. ff. de rei vind.* & breviter: Malæ fidei poffeffor necefiarias impenfas repetit. *l. 5. J. de res vind.* & utiles. *§. 38. ff. de hered. pet.* Voluptuarias ita demum, fi tolli poffint, alias non recuperat. *arg. §. 38. ff. de rei vind.* hic adde Cujac. 10. *obf.* 2. & 13. *obf.* 26. *in fin.* 32 Denunciationis ac prohibitionis effectus vires tantum capit a fuo initio. Protestatio non trahitur retro. *Bald.* Sed tamen videtur repugnare *l. 5. J. de actific. pretor.* Alios cafus, in quibus expenfæ etiam contra voluntatem domini fiftæ, reputantur, vide apud Corfetum fingulari *Expenfa*, ubi quinque cafus afferit: adde Socin. *reg. Expenfa* 137. ubi fex cafus ponit. 33 Protestatio quemadmodum fieri debeat. 34 Id ut intelligendum, dixi fuperius.

35 *l. Extr.* 40. & *l. Sext.* 20. *περὶ βιάς.* 10. *Eclog.* 2. *tit.* 10. *Πηρὶ ἀνάγκης καὶ βιάς.* 1. Harm. 11. vid. Papon. 3. *Notar.* 9. *c. de force & violence*: Paul. 1. *fentent.* 7. 36 *l. D.* 2. 44. *D.* 4. vide Papon. 3. *Notar.* 9. *c. de crainte.* 37 *Reftitutionem* hic intercipit tractatus. Reftitutiones autem dantur ob eas caufas: fi qua in re lefa, vi, metu, *ut ipse*: dolo. *tit.* 21. xtate. *tit.* 22. *ad fin.* 46. fimplicitate militiæ armatæ. *tit.* 51. aut alia quavis caufa quæ reftitutionem mereatur. 54. translatione Judicii in alium. 55. vide Paul. 1. *fentent.* 1. 2. 38 Etiam fine dolo furis. *l. 14. §. 11. ff. h. t.* ut fit fenfus: Interitus periculum furem fpectare. 39 A Jurisconfulto, cujus in libello Principi oblato mentio facta. 40 Qui folvit (ut & qui ratum habet. *l. 4. J. h. t.*) quod ex cautione debet, non putaretur metu fubiffe. *l. 23. ff. h. t. l. 8. ff. de cond. ob turp.* 41 Geftum præfumitur fpontaneo factum, non metu. vide Alciat. 3. *præfumpt.* 7. 42 Actio quod metus causa datur fuetus aliam fcripta, & fingularem fuccefforem fequitur. 43 Actio quod metus causa, datur heredi. *l. 14. §. 2. in fin. ff. h. t.* 44 Spoliatus non eft retituendus, nifi reftituat pretium. *l. 4. J. h. t.* 45 Spoliato datur in rem actio utilis. *l. 9. §. 4. §. 6. ff. h. t.* Paul. 1. *fent.* 7. §. 4. Utilis in rem actio concurrit cum actione quod metus causa. vide Cujac. 5. *obferv.* 13. 46 Res metu vendita, a fecundo auctore præcribi poteft. 47 *Syn. Basil.* 10. *tit.* 1. *ex tit.* 7. *c.* 20. 48 Etiam tacito, puta folutione. *l. 2. §. h. t.* Ratihabitio actus antecedentem actum, metu gestum non fuffit: menteinrat & arguit. 49 Dixi ad *l. 3. §. h. t.* 50 *l. 14. §. 2. ff. h. t.* 51 Vim adhibuisse is præsumitur, quo fciente vis illata eft, vel qui eam fubmifit. *l. 9. §. 1. l. 14. §. 3. ff. h. t. l. 15. in fin. ff. de dolo. l. 1. §. 12. ff. de vi & vi arm.* 52 Vid. *l. 8. J. de refcindenda venditi.* 53 Reftitutione res in priorem ftatum refolvitur. *l. 24. §. 4. ff. de minoribus. 25. ann. l. 1. J. de fent. pafto.*